

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauina[m]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Si contra ius uel utilitatem publicam, uel per mendacium fuerit aliquid
postulatum uel imperatum. Rubri.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

L. Supplicare. Si contra ius vel vti. pub. & c. 38

rebus eorum sine decreto non alienandis.

¶ Sententia dicitur esse de actis.

¶ Item appellatio continentur etiam interlocutorie & decreta que interponuntur que alia contineantur & nu. 4.

¶ Item copia semper est fienda, & etiam sententie cum die & consule, secus in alijs instrumentis privatis.

¶ Item probatur aliquam scripturam vetitam produci sub certa poena, quod eo ipso posset condemnari ad poenam sine alio processu.

LEX II.

Supplicare. ¶ Lite pendente coram vno iudice, non licet principi supplicare ut causa committatur alteri iudici, sed bene licet supplicare ut mandetur iudici causam quod faciat copiam actionis, vel pronuntiationis, quae prius fuerat denegata. Item post lata sententiam quae transiit in rem iudicatam, non licet supplicare ut causa finit retractetur, & iterum cognoscatur. & contrarium faciēs punitur. h. d. licet ergo ante causam coeptam coram ordinario possit supplicari ut alteri causa delegetur in duobus casibus: ut dixi s. l. prox. post. quia verò est inchoata coram ordinario, non licet etiam in illis impediri: ut causa de manibus illius aduocetur, & alteri committatur: sed bene licet impetrare mandatum illi iudici: ut in causa procedat, si forte erat negligēs, vel ut alter iudex sibi adiungatur, si forte ille erat suspectus. & h. d. glof. quae incipit. [scilicet interlocutorie.] quae ad tex. addit etiam duos casus, in quibus lite pendente licet supplicare. & hoc videtur procedere etiam de iure canonico: ut in c. fin. extra eo. & per Inn. in c. causae. lo. ij. de testi. licet secus sit quia causa non erat adhuc inchoata. & tunc dicitur ut dixi in l. praecedenti. Item post causam inchoatam & ante lata sententiam quae transiit in rem iudicatam, & tunc dicitur ut in secundo casu huius legis. & in l. ff. in gl. j. in fi. ibi: [Quia autem aliud privilegium petere, quicunque peti potest.] intelligitur h. d. si petatur aliud privilegium: non in illa causa quae pendet, nisi in illa, non valeret. ut in auth. in medio litis non fieri sacras formas. Itē intelligitur quod dicitur hic in prin. quia in rescripto impetrato non fieret mentio de litis pendente coram alio iudice. nam ex hoc redderet rescriptum surreptitium: quia si hoc fuisset expressum, principis verisimile est quod causam de manibus illius non auferret, nec alteri committeret. ad hoc faciūt ea quae habentur in c. ut debuit de appel. secus si fieret mentio de pendente litis: quia princeps potest a quolibet inferiori iuridici aduocare. & causam per seipsum cognoscere vel alteri delegare: ut in l. iudicium soluitur. ff. de iudi. ¶ Deinde Doc. inducit istum tex. dū dicit [nisi vel actorum commanum, vel pronuntiationis.] quod sententia non dicatur esse de actis, & alternatiua ponatur inter ea tanquam inter diuersa. sicut & copula solet poni inter diuersa. ut in l. is qui ducēta. ff. de reb. dub. ad quod facit ff. de re iud. l. acta. & j. de re iud. l. vi. & de sen. quae sine cer. quatuor. l. vlti. & de app. l. a procōsulibus. Contrarium determinat Doc. per l. acta. ff. de re iud. & no. in l. in fraudē. §. neq. instrumenta. ff. de iur. fi. & hoc ibi tenet Bar. & Io. an. in ad. di. spec. tit. de sen. §. j. nec obstat iste tex. quia hic alternatiua ponit inter genus & specie: sicut in tit. de serui. & aqua. nā etiam & serui & aqua seruitus est. & in Euāgelio. dicitur discipulis eius & Petrus quid de sententia ab obseruatione iudicis dicit Innoc. quod non est de actis. de offi. deleg. c. cōsueuit. contrarium puto. per ea quae ibi notantur. de prob. vbi appellatio actorum continetur etiam in interlocutorie & decreta quae interponuntur. ¶ Item no. ex isto tex. secundum Bal. quod semper est fienda copia actorum. & etiam sententie, supple etiam cū die & consule. & ita intelligitur iste tex. & l. ij. de eden. licet secus in alijs instrumentis priuatis: ut in l. j. §. editiones. ff. de eden. Item Bal. not. istum tex. circa fi. dū dicit [protinus condemnatur.] quod si quis producat aliquam scripturam vetitam produci sub certa poena, quod eo ipso potest condemnari ad poenam sine alio processu. ¶ Not. etiam gl. super verbo [actorum.] quae sunt illa quae comprehenduntur appellatione actorum. illa quae aguntur in iudicio sub audientia iudicis. de quibus gl. ponit exemplū. Idem si in iudicio voluntario: ut sunt emancipationes, vel dationes tutelae per ea quae no. Inn. in d. c. j. de proba. qui dicit quod omniū praedictorum fienda est editio cū die & consule: quia fuerit coram iudice vel magistratu: non sic in illis quae non coram iudice: sed coram nota rio licet non sit publica persona: nisi notarius hoc faciat ex privilegio notariatus. in quo continetur quod sit iudex ordinarius. nā posset ex hoc interponere auctoritatem in emancipationibus: sed an datio libelli sit de actis. vide Bar. j. de in ius voc. super rub. l. tē

vide hic ea quae not. per Gul. de cu. j. de iur. a. om. iud. l. nomen.

¶ Qui post sententiam latam contra se à qua non appellauerunt, uolunt puta Venetias ad dominationem, & supplicant quod causa iterum reuideatur, & recognoscatur, quod non debeant audiri, nisi ex iustissima causa.

¶ Supplicare est tunc licitum ei qui non potest appellare: quando sibi denegaretur appellatio ex privilegio iudicis iudicantis. secus si propter factum suum vel negligentiam, vel propter ius commune, quia bis appellauit & succubuit.

¶ Quod si supplicat ut retractetur sententia, quae transiit in rem iudicatam, incurrit infamiam: & efficitur inhabilis ad testificandum, & quam aliam poenam patitur.

LEX III.

Qui licitam. ¶ Qui renuntiauit appellationi expressè vel tacite, non potest aduersus sententiam supplicare.

re. h. d. ¶ No. contra illos qui post sententiam lata contra se à qua non appellauerunt, vadunt Venetias ad dominationem, & supplicant quod causa iterum reuideatur, & recognoscatur, ut non debeant audiri: nisi ex iustissima causa. ut si allegaret se fuisse impeditos in appellatione interponenda. Itē per hanc legē declaratur. l. si quis aduersus. cū aut. ibi posita. s. titu. ij.

¶ Quod tunc sit licitum supplicare ei qui non potest appellare. quia sibi denegaretur appellatio ex privilegio iudicis iudicantis. secus si propter factum suum, vel negligentiam: ut hic. vel propter ius commune: quia bis appellauit, & succubuit: ut j. ne. lice. ter. prouo. & hic in

glof. ¶ Not. mirabile in fin. quod incurrit infamiam qui supplicat ut retractetur sententia, quae transiit in rem iudicatam. & sic si produceretur in testem: posset sibi obijci quod non esset habilis. Patitur etiam aliam poenam, de qua in l. praecedenti. in fi. sed illud nunquam videtur practitari, tamen tene menti: quia posset tibi facere honorem, si casus occurreret. cum pauci sint qui aduertant, & sciunt de hoc excipere. sufficit.

Si contra ius uel utilitatem publicam, uel per mendacium fuerit aliquid postulatū uel impetratum. Rubri.

¶ Surreptitio residua rescriptum gratiosum ipso iure nullum, sed ad lites ope exceptionis, & quid si in rescripto continetur clausula motu proprio, uel ex certa scientia?

Quod plus operetur motus proprius principis in rescripto quam clausula non obstante.

¶ Quare, ad quid fuit necessarius iste tit. cū istud fuit expeditum in l. nec damno. & l. rescripta. s. de preci. imper. offer. in quibus dicitur quod rescripta impetrata contra ius vel utilitatem publicam non valent: Rnde quod illae loquuntur quando rescriptum non erat surreptitium: quia impetrans non expressit aliquid falsum, nec omisit aliquod verum. & tunc talia rescripta non vitiantur, nisi quia non videntur habere mentem principis. nisi apponatur clausula non obstante. vel fuit concessa motu proprio, vel ex certa scientia hoc expresso in rescripto. hic verò ti. loquitur quando fuerunt impetrata per mendacium expressum in supplicatione, vel per taciturnitatem eius: quod si fuisset expressum, princeps non concessisset, quo casu etiam si rescriptum contineret clausulam non obstante, non valeret. vel ipso iure vel in effectu. ipso iure si erat rescriptum gratiosum: ut j. eo. l. & si legibus. in effectu. id est, ope exceptionis si erat rescriptum ad litem. ut delegatio iudicis. ut not. j. eo. l. ij. & in c. ceterum. extra de rescrip. per Innoc.

& eo. titu. c. ad audientiam. ¶ In quibus not. quod subreptio reddidit rescriptum gratiosum ipso iure nullum. sed ad lites ope exceptionis: sed si in rescripto contineretur quod motu proprio, vel ex certa scientia: tunc subreptio cessaret: ut in c. si motu proprio. de praeb. lib. vj. & sic plus operatur motus proprius quam clausula non obstante. de quo etiam habetur hic. in l. j. de pet. bo. sublati. lib. x.

¶ De actis. Adde Bart. in l. actionū. ff. de re iudic. Doc. in c. cū aterni. de re iudic. lib. vi.

¶ Copia actorum. Adde Barto. in l. fi. ff. de bo. autho iud. pos. & quid de copia articulo vel capituli vide Bal. in c. per tuas. in ij. col. de test.

¶ Appellatio actorum. Adde de hoc & dicitur per Alex. in l. acta. & in l. actorum. ff. de re iudic. & ibi quod venit semetia. glo. & ibi Bar. in l. fraudē. §. neq. instrumenta. ff. de iur. fi. Cano. in c. qm contra fallam. de proba. in c. in praesentia. de renunt. & in c. prudentia. in prin. de offi. dele. Et adde quod omnis scriptura quae sit coram iudice dicitur de actis. l. illud. & ibi gl. in verbo. actorum. & Bal. §. de sacrosan. eccle. adde Bal. in l. interrogat. j. de libe. cau. vbi quod veniūt ea quae sunt coram iudice etiam non in figura iudicij. Cur.

¶ Subreptio reddit. Adde c. ad audientiam. el. §. de rescrip. Inn. in c. olim. de re iudic. & in c. cū olim. de cau. pos. & proprie.

Pauli de Castro Prima super Codice.

¶ Si alicui mandata est cognitio alicuius cause, uidetur etiam ei mandata diffinitio.
Ille cui mandata est executio super negotio nondum discusso, et etiam possit cognoscere

LEX I.

Non idcirco. ¶ Licet non omnia quæ in facto contigerunt fuerint in supplicatione narrata, non propterea rescriptum redditur subreptitium. h. d. quod intellige quoniam sunt talia: quæ etiam si fuissent expressa, impetrans nihilominus rescriptum obtinisset aliàs secus. ut in c. super literis. extra de rescriptis. Pone exemplum, feci tibi debitori meo pactum de non petendo, tu postea fecisti mihi pactum de petendo. impetro. contra te iudicem delegatum tanquam contra debitorem meum ex tali contractu, non facta mentione de dictis pactis, hoc non nocet. nam si fecisset eodem modo obtinisset: vel si à sententia appellauit, & impetraui iudicem delegatum in causa, non habeo necesse in impetratione facere mentionem de omnibus actis in prima causa.

¶ Ita ponit casum glo. ¶ In text. ibi. [cognitio delata est.] ¶ not. ex hoc text. iuncto text. seq. [iudicare &c.] ¶ quod illi cui mandata est cognitio alicuius cause, uidetur etiam mandata diffinitio, & sic potest causam terminare: sicut econtra illi cui mandata est executio super negotio nondum discusso: censetur mandata etiam cognitio, ut j. eod. l. & si non cognitio. de hoc tamen an sit verum vide Bart. in l. à diuo pio. in prin. ff. de re iudi. & est glo. in l. qui procurator rem dat. ff. de procu. in romana curia semper exprimitur in supplicationibus non solum cognitio, sed determinatio: ut committat causam cognoscendam, & sine debito terminanda: & nisi hoc ultimum apponeretur: non posset terminare: sed deberet referre postquam omnes termini fuissent seruati: ut j. de iudi. aut. ad hæc & l. solent. in prin. ff. de offi. proconsul. nam commissarius remitteret causam ad cancellarium ut alteri committeret diffinitionem sufficit.

- ¶ Impetrans dolose rescriptum, si expressit mendacium, vel tacuit veritatem, an rescriptum sit ipso iure nullum? & quid si non per dolum, & an tribuat iurisdictionem? in l. 1. 4. 5. & 6.
- ¶ Qualiter intelligatur distinctio, an sint talia, quæ si non fuissent expressa vel tacita, impetrans rescriptum obtinisset vel non?
- ¶ In rescriptis de gratia mendax precator penitus caret impetratio.
- ¶ In omni rescripto, etiam de iustitia, subintelligitur clausula si preces ueritate nitantur, & an ista conditio referatur ad collationem iurisdictionis?
- ¶ Decretum decisum negotij, interpositum ex falsa causa: est nullum ipso iure.
- ¶ Si narro principi me fuisse institutum in testamento condito à pupillo, & quod iure caveretur tale testamentum esse ualidum, cum contrarium sit, & petij iudicem delegatum super executione talis testamenti, & princeps dedit, talis delegatus non est nullus, potest tamen probari quod princeps errauit in iure.
- ¶ Princeps non presumitur habere notitiam de consuetudine specialium locorum, sicut nec de statu, & in dubio non uidetur uelle eij derogari, nisi de ipsis facta sit mentio expressa.
Licet iura scripta non sint producenda, nec probanda, quia sunt notoria, consuetudo tamen est probanda, & super ea potest fieri articulus.
- ¶ Statuta alterius loci sunt producenda & probanda in termino dato ad producendum iuramentum sic de statutis eiusdem loci clausis in uolumine statutorum.
- ¶ Per consuetudinem uel statuta locorum potest tempus decem dierum datum ad appellandum prorogari, & etiam abbreviari, licet non posset tolli appellatio ad superiorem.
- ¶ Appellatio iuris scripti ita concludit ius consuetudinarium, sicut ius commune scriptum.
- ¶ Si fiat compromissum in arbitros & arbitratores, ut in procedendo possint procedere de iure & de facto, sed pronuntiare de iure tantum, & reperitur contrarietas inter ius commune scriptum & consuetudinem uel statutum, secundum quod ius debet pronuntiare?
- ¶ Si narraui principi quod tenebas librum meum ex causa depositi & nolebas restituere, & obtinui iudicem delegatum, postea uidens quod non fuit depositum sed commodatum, formo libellum super actione commodati, poterit delegatus procedere secundum rei ueritatem?
- ¶ Si narraui principi quod eras debitor meus, cum non esses, & impetraui iudicem delegatum, & postea effectus es debitor, an possim agere coram illo delegato?
Quid econtra si tempore impetrati rescripti eras debitor, postea liberaui te per pactum, uel alio modo, & tu petis coram illo delegato te absolui diffinitiuè?
- ¶ Si dicitur rescriptum esse falsum, quia nunquam emanauit à principe, uel de eius cancellaria, an delegatus in eo expressus possit super hoc cognoscere?
- ¶ Si princeps scribat iudici ordinario in aliqua causa ut iustitiam faciat, & talis ordinarius procedat in ea causa ut delegatus, quod ualebit sententia.

LEX II.

Rescriptione. ¶ Lex ista legis duobus modis in glo. licet glo. quæ incipit quatuor. uideatur ponere quinque lec. sed reuera reducuntur ad duas. una fuit lecta. Pla. altera fuit lecta. Io. & Azo. quæ sunt de directo contrariæ. nam ista l. hoc dicit quod si rescriptum impetrationis iudicis delegati est subre-

ptitium propter aliquam falsitatem expressam, vel propter aliam quam tacitam. ex tali rescripto nulla tribuitur iurisditio delegato. ideo de causa debet cognosci per iudicem competentem, qui debet sequi ueritatem. h. d. sed secundum Ioan. & Azo. dicit quod imò ex tali rescripto tribuitur iurisditio delegato: tñ ipse debet procedere in causa, non secundum narrata uel tacita, seu expressa, sed secundum quod est rei ueritas. pro qualibet harum lect. facit iura & rationes. Pro lect. enim Pla. facit tex. imò uidetur ibi casus. & ex illa l. fuit motus in l. & si legibus. j. eod. quod mendax Imperatori carere debet penitus impetratis: sed non careret penitus, si per tale rescriptum tribueretur iurisditio delegato. nam saltem obtineret iudicem sibi propitium. Pro lec. Azo. facit l. precedens. nam illa lex æquiparat surreptionem quæ fit in tacendo, ei quæ fit in exprimendo falsum. & tamen in primo taciturnitas non reddit legationem nullam: ergo nec secunda. multæ etiã rationes & iura introducuntur pro utraque parte. propter quas dissentientes tollendas emanauit. c. super literis. extra de rescriptis. in quo distinguitur aut impetrans dolose expressit mendacium, vel tacuit ueritatem: & tunc rescriptum sit ipso iure nullum, & non tribuetur ex eo iurisditio. & illo casu locum habet opi. Pla. aut non per dolum: & tunc aut fuit expressum vel tacitum, tale quid, quod si non fuisset expressum vel tacitum, impetrans rescriptum nihilominus obtinisset, & tunc rescriptum ualeat: & tribuetur ex eo iurisditio cum effectu: quia iudex delegatus poterit procedere in causa: secundum tñ ueritatem, & non secundum expressam uel tacitam. & ita locum habet opi. Io. & Azo. quæ uidet de mente huius. l. nolendo tex. cauillare, dum dicit [datum iudicem:] ut intelligat de illo iudice qui fuit datus per illud rescriptum. nam tenendo lectu. Pla. oportet tex. impropriare, quod intelligat de alio iudice: puta ordinario. & dum dicit [datum.] intelligatur. s. à lege. uel si intelligat de illo eodem iudice delegato. debet intelligi quod etiã ipse erat ordinarius: & quod non cognosceret ut delegatus, sed ut ordinarius, & illa est magna impropriatio. si uero fuit expressum tale mendacium: uel tacita talis ueritas, quod uel quæ si non fuisset expressa uel tacita, rescriptum non obtinisset: tunc seruatur media via: quia rescriptum mero iure ualeat, & in hoc applaudit lec. Azo. non tñ in effectu: quia poterit elidi ope exceptionis, & in hoc applaudit lec. Pla. & si non obijceretur exceptio, posset iudex cum effectu procedere. ita intelligitur illud. c. licet hoc non bene exprimat ibi, sed no. eo. tit. c. ceteris. Pe. autem dicit primum membrum illius. c. esse contra istum tex. expressè, quod hic loquitur quoniam impetrans fuit in dolo. dum dicit [in tacendi fraude.] & tamen tenendo in hoc. c. lec. Io. & Azo. quæ est de mente literarum rescriptum non est nullum ipso iure: nec in effectu, imò ualeat, & sine obiectu exceptionis potest iudex procedere secundum ueritatem. Bar. tñ sustinet, dicens illud. l. procedere quoniam committitur causæ cognitio, & diffinitio: sed si cognitio inciperet ab executione: quia mandaret princeps quod rem quam tenes, quæ ego expressi esse meam. restituas mihi, quo casu uidet commisisse etiam cognitionem, ut est in l. & si non cognitio. tunc habet locum quod in illo capitulo in primo membro, quæ uerba Bar. traxit de capite suo non quod text. ibi hoc probet, uel uelit. unde puto quod Pet. uerius dixit. ¶ Qualiter autem intelligatur alia distinctio, an sint talia, quæ si non fuissent expressa uel tacita, impetrans rescriptum obtinisset, uel non. hoc non declaratur ibi in text. sed Docto. nostri uidentur dicere, & de illa est ueritas, quod aut sunt talia quæ respiciunt negotium principale, non autem iurisdictionem: ut si narraui quod possidebas rem meam, cum reuera non esset mea: uel quod eras debitor, cum non esses. tunc habeat locum opi. Azo. qui saltem erat dubium, & princeps non fuit motus ad dandum iudicem, propter hoc quod asserui rem meam, sed ut item & dubium decideret: sed si sit tale quid quod non concernat negotium principale: sed iurisdictionem: ut quia non narraui quod super illa causa lis penderet coram alio iudice, quod si narraui, princeps alteri non commisit: ut s. tit. prox. l. ij. uel narraui me appellasse, cum esset falsum: & sit idem. ut s. tit. prox. l. fina. tunc habet locum tertium membrum illius distinctionis: quia rescriptum ualeat mero iure: sed potest elidi per exceptionem: quæ debet opponi ante lit. contestatam. & tunc iudex delegatus pronuntiabit se non esse iudicem: sed si opponeretur post, non deberet admitti: quia est exceptio dilatoria. & idem si essent exceptiones litis finitæ per transactiones, uel iusiurandum. illæ enim possunt apponi non

ad non solum in vim peremptoriae: & tunc respiceret negotium principale, & non haberent vitare rescriptum: sed etiam possunt obijci in vim dilatorie contra rescriptum & iurisdictionem: quia si princeps sciuit causam finitam, per rescriptum eam noluit reseruare per l. causas. j. de transac. & ita non in c. j. de lit. conte. lib. vj. in q. est notandum quod in casibus in quibus procedit lec. Azo. vt quia mendacium seu expressio falsitatis, vel taciturnitas veritatis concernunt negotium: seu expressio falsitatis vel subreptio non possunt opponi contra rescriptum: quia non intrat delegacionem, nec impedit iurisdictionem conferri: non enim princeps creditur fuisse motum ad dandum iudicem delegatum propter ea quae narraui impetrans, sed quia super eis erat lis inter partes, unde voluit quod decideretur. & sic delegatio dicitur esse putanda, sed debet opponi in vim peremptoriae, post lit. contesta. unde si narraui quod occupas rem meam, vel quod me expoliasti possesio me eius, quod eras debitor meus. & petij dari iudicem delegatum vt cognoscat de praedictis, & te condemnet. & tu opponis de rescripto, quod est subreptitium. & offers te paratum probare rem non esse meam. & quod me non expoliasti quo probato petis pronuntiare rescriptum esse subreptitium. & illud non esse iudicem competentem, & te absolui ab obseruatione iudicij: quae absolutio non est interlocutoria, & me condemnari in expensis. ego autem dico iudicem debere procedere in negotio principali. & facere te respondere libello meo, & litem contestari. & si probabo quae narraui, dabit sententiam diffinitiuam pro me. & si non probabo, vel tu probabis me dixisse falsum, dabit sententiam diffinitiuam pro te. tu vero opponis quod primo & ante omnia oportet constare de iurisdictione iudicis: vt de excep. l. si. quae ergo erunt partes iudicis: certe non admittere exceptiones tuas contra rescriptum & contra iurisdictionem: quia polio quod essent vera non reddunt rescriptum nullum: nam eo modo princeps concessisset, propter dubium litis. quod erat inter te & me super praedictis, secundum quod ego peto, quare faciat te respondere libello meo, & litem contestari: non autem feret sententiam secundum narrata per me: nisi probet illa esse vera, sed sequetur veritatem. & si apparebit quod ego non dixi verum, dabit sententiam pro te diffinitiuam. Hae est lec. Azo. quae est vera in istis terminis. cuius lib. ob. l. & si legibus. j. eo. vbi dicitur quod mendax precator penitus caret impetratis: sed nunc non carebo penitus, quia falsum habeo iudicem delegatum ad voluntatem meam, non plures dantur solutiones. sed ista communiter tenetur, quod illa loquitur in rescriptis de gratia, quae propter surreptionem redduntur ipso iure nulla etiam quod ad conferendum iurisdictionem executori super hoc delegato. vt in c. ad audientiam. el. ij. & ibi gloss. mag. circa finem de rescriptis. nos loquimur de rescripto de iustitia. quae proprie rescripta dicuntur. nulla enim gratia vel priuilegium conceditur, sed solum iudex delegatus ad obseruationem iuris communis, vt faciat iustitiam inter partes, quae non redduntur ipso iure nullae propter surreptionem: nec etiam in effectu si surreptio non concernit delegationem: sed negotium principale. Item ob. huius lec. quia in omni rescripto etiam de iustitia apponitur vel subintelligitur clausula si preces veritate nitantur. vt j. titu. j. l. fin. & illa conditio videtur concernere omnia in rescripto contenta tam de delegationem vel commissionem iurisdictionis: quam etiam diffinitionem causae: unde si reperitur falsa quae narrata sunt, videtur omnis concessio reddi nulla: quia conditio de praesenti falsa non suspendit actum, sed statim reddit ipsum nullum: vt l. cum ad praesens. ff. si cer. per. Dicunt Doc. quod imo illa conditio non refertur ad delegationem: seu collationem iurisdictionis. sed solum ad diffinitionem causae, quod diffiniatur secundum quod petitur, si vera sunt quae in precibus narratur: & non aliter: ipsa vero delegatio censetur facta pure, non sub aliqua conditio. Bald. subtiliter & melius dicit. quod dicta conditio etiam diffinitionem non reddit conditionalem: quia si redderet: sequeretur quod si iudex pronuntiaret pro me impetrante: cum tamen narrata pro me fuerint reperta falsa, non valeret pronuntiatio: quia non est seruata forma rescripti. vt in c. cum dilecta. de rescriptis. cuius tamen contrarium est veritas. nam Inn. in c. super literis. dicit quod si Papa maderet iudicij: & condemnet te mihi: si probabo te de bitorem meum, & iudex hoc non probato condēnet: quod valet condemnatio. & est ratio: quia illa conditio inest a iure, etiam si non exprimitur: ideo non reddit actum conditionalem. vt l. conditiones quae extrinsecus. de condi. & demō. sed potius facit admonitionem quam conditionem. vt est tex. notab. in simili in l. muto. §. sub conditione.

ff. de tute. valebit ergo sententia lata pro imo a petra. etiam si preces veritate non nitantur, & illa concernebant negotium principale. & inerant etiam si non fuissent expressae. & sic non obstat dicta oppositio. Tercio & ultimo obstat huic lec. l. cum vero. §. subuentu. ff. de fideicō. lib. & l. j. §. haec verba. ne vis fiat ei. cum simil. in quibus habetur quod decretum interpositum ex falsa causa est nullum ipso iure. ergo & delegatio: sed dic quod contrarium loquitur in decreto decisiuo negotij, quod fundatur in causa. unde de si illa reperit falsa ruit: sicut & rescriptum gratiosum. vt in l. & si legibus. j. eo. nos loquimur in rescripto non decisiuo: sed tēdente ad decisionem dubij, quod erat inter partes: unde non fundatur in expressione narratorum, sed in dubio litis, quae erat inter partes. & ista causa non erat falsa, imo vera. Concluditur ergo quod tales exceptiones non sunt admittendae contra rescriptum. & ita determinat expressum Jo. and. in regula exceptionem obijciens. de reg. iur. l. i. vj. in mercur. in quaestione ibi disputata. si narraui te me spoliasse, & impetraui iudicem vt te compellat ad restituendum, & tu opponis quod rescriptum est surreptitium, & protestaris quod non vis litem contestari. sed cognoscatur de illa surreptione, & pronuntietur super rescripto, & quod ille non sit iudex competens, quod ista exceptio non debet admitti: sed debet te compellere ad respondendum libello meo, & ad procedendum super principali negotio: & feret sententiam pro eo qui probabit. & secundum veritatem, non secundum assertionem meam. tenendo autem opi. Pla. in casibus in quibus est vera: quia narrata concernunt delegationem, quam princeps non fecisset si sciuit narrata non esse vera: tunc procedit ea quae §. dixi in contrarium. quia talis exceptio opponitur contra rescriptum, & non compelletur obijciens procedere in negotio principali: nisi prius discutat & pronuntiet super exceptionibus. & si apparebit eas ob stare, pronuntiabit rescriptum esse subreptitium, & se non esse iudicem competentem: & absoluet ipsum obijcientem ab obseruatione iudicij. & condemnabit impetrantem ad expensas. Huic lec. obstat iste tex. in fi. dum dicit quod talis iudex feret sententiam. & sic innuit quod possit cognoscere de negotio principali, & sententiam diffinitiuam ferre. Plac. dicit quod non loquitur de diffinitiuam: sed de interlocutoria super rescripto. & super in eo peccantia iurisdictionis: vel si vis intelligere quod loquatur de diffinitiuam: & quod possit cognoscere de negotio principali: tunc dic quod non cognoscere delegatus, sed vt ordinarius, si erat alius ordinarius inter partes & si dicas hoc est contra tex. qui loquitur de ipso delegato, dum dicit [datum iudicem.] Rndet ipse [datum.] l. i. l. & est sensus quod alius ordinarius a l. datus cognoscet: vel si vis intelligere de eodem delegato. dic quod cognoscet de consensu partium, non aliter: certe si sua opi. est vera, quod rescriptum reddatur ipso iure nullum, & nulla conferatur iurisdictionis, tunc etiam de consensu partium non posset procedere. vt d. l. priuatorum. j. de iur. om. iud. sed in hoc sua opi. non est vera, quod rescriptum reddatur ipso iure nullum, & nulla conferatur iurisdictionis: tunc etiam de consensu partium non posset procedere. vt d. l. priuatorum. sed in hoc sua opi. non est vera. imo valet mero iure, licet possit elidi per exceptionem eo casu quo fuerunt talia narrata, quae si non fuissent, princeps non concessisset. & tenent omnes Doct. maxime Cano. ideo potest procedere quod idem iudex poterit cognoscere de negotio principali. ponit autem gloss. exemplum circa istam lec. quam vt plurimum videtur sequi in iudice delegato. in causa appellationis, & exemplificat gloss. tribus modis id quod hic dicitur, quod fuit mendacium in narratione iuris. Tu potes breuiter exemplificare secundum Bal. quia dixit se legitime appellasse: tamen appellauit, & non legitime infra decem dies in narratione facti: quia dixit se appellasse, & non appellauit in taciturnitate veri: quia dixit se appellasse, & erat verum: tamen tacuit quod erat casus in quo non poterat appellari. potest etiam poni exemplum in iudice delegato in causa principis. non expresso in supplicatione quod lis pendebat super illo negotio coram alio iudice. vt §. titu. j. l. ij. vel quod ordinarius interpellatus negligebat reddere ius. & tamen hoc non erat verum: vt no. in l. j. eo. ti. in omnibus enim istis casibus si illa non fuissent narrata principi: vel si sciuit ea non esse vera, rescriptum delegationis non concessisset: quia non est verisimile & lites sopitas vellet per suum rescriptum resuscitare. ideo in omnibus illis procedit opi. Pla. Tercio ex prima expositione gloss. magn. no. & collige quod si narro principi me fuisse institutum in

¶ Nitatur. Adde Bal. in l. fi. C. de diuer. rescriptis. Doc. in c. ex parte. de rescriptis. Spec. in tit. de rescriptis. praesentia. in §. vij. Jo. and. in c. j. de lit. contesta. lib. vj. in nouella.

Pauli de Castro Prima super Codice.

- a** **C**Notitia. Adde Bal. in rub. de consue. re. si fea. & in l. ij. C. q. sit longa consue. & Abb. in c. j. de re iud.
- b** **C**De iure. Nunquid appellatio iuris simpliciter veniat ius municipale. vide per Abb. in proce. de m. Abb. in c. j. vt sit. pen. den. Abb. in c. cum a. na. in pe. col. de elect. Lu. ro. c. 8. l. c. l. x. in. cip. clarissime videt & de hoc adde tu & vide vt per d. meum. d. Bar. for. in suo con. sil. c. l. x. col. ij. ver. quinto confirmatur. & per do. Maria. eius genitorē in suo consil. ix. colum. vi. ver. non obli. secundū Sera.
- c** **C**Cognoscere. Adde doct. in c. si eo tēpo. re. de rescri. lib. vi. Cal. in tit. de rescrip. consil. ij.

testamento condito à pupillo, & quod iure cauetur tale testm esse validū: cum contrariū sit, & petij iudicem delegatū super executione talis testamēti: & princeps dedit: quod talis delegatio non est nulla propter hoc mendacium: quia princeps in hoc non decipitur: cū habeat omnia iura in scrip. nio pectoris: vt l. omniū. j. de testa. tunc ergo est rescriptū surreptitiū qñ narratur illa quæ princeps verilimiliter ignorat: non qñ princeps verilimiliter scit, sed licet tale præsumatur, potest tñ probari contrarium quod princeps errauit in iure. tex. est xxv. dist. c. præterea. Ex secunda expositione glo. not. plura. Primò quod princeps non præsumitur habere notitiā de consuetudine specialitū locorū, sicut nec de statu: vt in c. j. de cōst. lib. vj. ideo nō videtur in dubio velle ei derogare, nisi de ipsis sit facta expressa mentio. Item qñ licet iura scripta non sint producenda nec probanda: qñ sunt notoria, consuetudo tñ bene est probanda: & super ea pōt fieri articulus secundū Bart.

- 9** & no. in l. ij. §. q. obseruari j. de iura cal. & idem de statutis alterius loci, vt sint producenda in termino dato ad producendum iura, & etiam probanda: non sic de statutis eiusdem loci clausis in volumine statutorū: quia ista etiam sunt notoria: nō sic in reformationibus nō clausis in volumine statutorum. nam in eis idē est quod de statutis alterius loci. iuxta not. per Bar. in l. cū prælati. ff. de re iudi. Sed tertio principaliter not. in glo. secundū Bald. & dicit qñ alibi vix reperies, quia ista glossa sentit. qñ per consuetudinem vel statuta locorū potest tempus decem dierū datum ad appellandū prorogari, & etiā abbreviari: licet non posset tolli appellatio ad superiorē: vt in c. venientes. de iure iur. Et ego addo quartū notabile quod colligitur ex glo. iun. cto tex. dum dicit glossa. [dic ergo iuris. l. consuetudinarij,] quia appellatio iuris scripti facta ita concludit ius consuetudinarium, sicut ius commune scriptum. nam tex. dicit in iuris narratione, & glo. intelligit. l. consuetudinarij. & per hoc videtur determinari questio. si facimus compromissum in arbitros & arbitratores vt in procedendo possit procedere de iure & de facto. i. seruato ordine iudiciario, vel non seruato: sed debeant pronuntiare de iure tantum: vt quotidie fit: & reperitur contrarietas inter ius commune scriptum quod dicit vnum, & consuetudinem vel statutum quod dicit contrarium, & in illo loco corrigit ius commune: quia secundū ius habebunt arbitri pronuntiare. constat enim quod partes potuerunt à statuto & consuetudine recedere, & velle stare iuri communi. Doct. alibi videntur sentire qñ debeant pronuntiare secundū ius commune: quia quando fit mentio de iure simpliciter. intelligitur in potiori significato de iure Romanorum scripto: vt l. penul. ff. de iusti. & iur. & instit. de iure naturali gen. & ciui. §. sed quoties. tanquam de excellentiori. & ita sentit Io. and. in addi. Spe. tit. de arbi. §. exigere, dicens qñ ille qui habet ius secundū consuetudinē vel statuta, & non de iure commune, periculosum facit compromissum tali modo: quia videt à consuetudine vel statuto recessisse. Idē videtur sentire Bart. in l. quicunque. j. de ser. fugi. sed in contrariū facit ista gl. quia illud verbum ius, pōt comprehendere ius consuetudinariū. & ad hoc facit quod no. Inn. in c. significauit. de rescrip. vbi dicit qñ petēs quartā quæ sibi debet de iure, videt intelligere de illa quæ sibi debet de consuetudine. & ista videt tutior pars. quia nō est credendum qñ compromittēs velit renūtiare iuri suo in dubio, qñ verba possunt aliter intelligi. & sic dicēdo qñ pronūtiās de iure, videt sensisse qñ pronūtiat illo iure quod præualeat ius consuetudinariū, & statutariū iure cōi. ergo & c. & no. qñ illa l. & oēs sequētes istius tit. & etiā sequētes. & ti. precedentiū sunt canonizate in decre. xxv. q. ij. per totū. & ibi vide glossa. in summa. & fuit illa. l. Diocletiani
- 12** maximiani. vt ibi habet. ¶ Qñ ergo circa lectū. Azo. pone qñ narratū principi qñ tenebas librū meū ex causa depositi, & nolebas restituere, & obtinui iudicē delegatū: postea vidēs qñ nō fuit depositū sed comodatū formo libellū super actione comodati. Tu opponis qñ super illo nō potes pcedere: & qñ ego expressi men

datum: vnde petis pronūtiari rescriptū surreptitiū. ego tñ oppono qñ non pōt opponi illa exceptio ad rescriptū, cū istud tangat negotiū principale: vnde dico qñ procedat secundū rei veritatē. vt hic secundū lec. Azo. querit quid iuris? Rñdeo nō poterit pcedere quia sup illa actiōe nō est delegatus. quod hic dicit secundū naturā actionis, pcedit qñ cā vel forma secundū quā volo procedere, pōt claudi in rescripto. al. secus secundū Cy. & Bal. sed si exprimit vna cā, non includit alia diuersa, sicut in libello cōventionali: quia si peterē ex cā depositi, & postea probare de cōmodo dato, nō possum obtinere sententiā. vt no. Inn. in c. j. de lit. cōtest. eodē mō si impetrarē iudicē sup proprietate. & postea vidēs me nō posse probare dñiū quod narraui principi, volo agere possessorio restituendā. nō poterit iudex cognoscere, quia non claudis in rescripto, cū diuersa sit cā possessionis & proprietatis. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. de hoc tñ dicit. si à nō cōpe. iudi. l. si de proprietate. & in c. j. de sequest. pos. An delegatus super proprietate possit cognoscere de possessione. ¶ Ite quæro narraui principi quod eras debitor meus, impetraui iudicem delegatū: tempore impetrationis postea effectus es debitor meus, an possim agere corā illo delegato? dicit Bald. indistinctē qñ non per c. si. de rescri. vbi rescriptū ad lites nō extenditur ad lites futuras, quæ tempore impetrationis nō erāt. Cyn. distinguit, & melius, aut efficitur debitor ex cā præcedente rescriptū, & poterit cognoscere, aut ex cā subsequente. & tunc secus: sicut in libello conventionali. vt in l. si rem. §. si. ff. de pig. acti. functa l. non pōt videri. ff. de iudi. Sed pone ecouerlo tempore impetrati rescripti eras debitor, postea liberaui te per pactū, vel alio modo, tu petis coram illo delegato te absolui diffinitiuē. ego dico quod delegatus à modo nō habet iurisdictionē: quia liberando te videor renuntiasse rescripto. quid iuris. Bald. tenet hanc partem. ego dico contrariū: quia licet ego renuntiauerim, tu tñ cū quo rescriptum illud erat effectū cōe. si fuerit iudici presentatū. vt no. Inn. in c. ex cōquæstione. de rescri. spo. non renuntiasse: nec mea renūtiatio sibi nocet, quominus possis petere te absolui diffinitiuē: vt est glo. in l. vlti. ff. de rei ven. in ver. quid si actor. & per Inn. in dicto c. ex cōquæstione, sicut renūtiatio appellationis facta per appellatē nō nocet appellato: qui poterat eam prosequi. l. ampliore. & ibi not. j. de appel. per Doct. & l. omnem honorem. qñ prouo. non est necel. j. per Cy. in fi. & sicut actor nō pōt renūtiare instantiæ inuito reo. vt in aut. qui semel. j. quomodo &

14 quando iur. ¶ Item quæro, quid si dicitur rescriptum esse fallum, quia nunquā emanauit à principe, vel eius cancellaria: an delegatus in eo expressus possit super hoc cognoscere? & pronūtiare se esse iudicē competentem? Inn. multum dubitat de hoc in c. super literis. de rescrip. quia si verum est quod sit fallum, etiā de voluntate partium non potest vti iurisdictione: vt in l. priuatum. j. de iurisd. om. iud. sed hoc est verum super negotio principali: sed super hoc articulo an sua sit iurisditio est dubium. nam in iudice ordinario clarum est, quia cum ipse iurisdictionem habeat inter suos subditos, potes cognoscere & pronūtiare an sua sit iurisditio etiam quo ad illum qui non est sibi subditus: & pronūtiatio facit ius, si ab ea non appellatur. & facit eum iudicem, licet non esset. vt l. si quis ex aliena. ff. de iudi. sed in delegato qui non habet iurisdictionem nisi virtute rescripti, si rescriptū daretur surreptitiū: tum quia non est nullum ipso iure, posito quod surreptitiū esset. & sic iurisdictionem habet, licet posset elidī, adhuc idem, vt possit pronūtiare se, esse competentem iudicem, & pronūtiatio facit ius, & si dicitur esse fallum, tunc est magis dubium: quia si poterit pronūtiare, in potestate cuius cūque erit acquirere sibi iudicem delegatum propriū, faciendo fabricari fallum rescriptum. & postea per eum pronūtiari rescriptum esse validum & verum, & se habere iurisdictionem, non immerito Innocent. dubitat Bartol. hic dicit qñ si falsitas est notoria ex forma rescripti, non poterit ex ea cognoscere: sed si non est notoria, sed dubia. tunc per tale rescriptum licet fallum constituitur in quasi possessione iurisdictionis: ratione cuius poterit cognoscere, & iudicare, & iste est casus in quo ratione dubitationis pōt quis habere iurisdictionē, quā aliās nō habet: vt in glo. mag. si. super verbo [sententiā]. Circa prin. & quod no. in l. si putas. j. de pet. heredi. potissimē hoc procederet si talis commissarius haberet aliā iurisdictionem: vt in casu quem habui de facio: ¶ quia dominatio Venetorum scripsit potestati pergami, quod in quadam

in quadam causa quæ vertebatur inter pergamenes procedere, & iustitia faceret. ipse pronuntiavit se esse iudicem delegatum in illa causa virtute dictarum literarum: & tanquam delegatus processit, & nullam sententiam opponat quod sententia erat nulla: quia illæ literæ non faciebant illum delegatum, cum nihil adderet ad formam procedendi ultra formam statutorum, & emanaverat inter subditos: unde videbatur potius excitata iurisdicção ordinaria. vt in c. licet. de offi. ordi. & pronuntiatio illa quod erat delegatus, non valebat: quia facta virtute literarum quæ sibi nullam iurisdicçãoem dabant: ergo dixi contrarium: quia saltem habebat iurisdicçãoem ordinariam, in qua poterat fundari illa pronuntiatio. & sic faciebat ipsum iudicem delegatum. postquam non fuerat appellatum: & per consequens processus & sententia in causa principali factus & latatus: quia a delegato valebat per not. per Inno. in d. c. super literis. & per Bart. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius voc. non ierit. & etiam hic per istam glo. & id quod not. in d. l. si putas.

¹ Si contra rescriptum opponitur exceptio subreptionis, an excipiens debeat hoc probare: an vero impetrans habeat necesse probare veritatem narrationis expressorum? ² An semper stet narratis in literis principis, seu narratis in literis impetrantis rescriptum?

LEX III.

Puniri iubemus. ¹ Opp. contra hanc legem de l. ij. s. de legi. in fi. vbi puniuntur iudices admittentes exceptiones contra rescriptum principis. & hic puniuntur si non admittunt. dicit ibi Albericus. quod illa loquitur quando opponeretur contra potestatem principis, quod illud non potuerit concedere. hic vero contra voluntatem: quia dicitur quod a principe nunquam emanavit, vel si emanaverit, non secundum suam intentionem: quia sibi fuerit narratum falsum. & sic opponebatur exceptio falsitatis, vel surreptionis: ibi vero exceptio impotentiae: vel dic quod etiam si exceptio surreptionis: si erat talis surreptio quæ non habeat vitare: quia eodem modo rescriptum obtinuerit, si surreptio non fuisset. & sic erit temeraria exceptio: & sic adhuc locum habet l. contra. hic non erat temeraria, sed concludens: vel dic quod ibi loquitur etiam quando erat conclusum apparet manifeste falsa exceptio. hic non. ² Item adhuc opponitur: quia ille text. innuit quod ille qui opponit exceptionem surreptionis, habeat necesse surreptionem probare. contra immo impetrans habet necesse probare veritatem narrationum & expressorum in rescripto: vt in l. ij. s. de his qui ve. eta. impe. Iste articulus est dubius: cui incumbat onus probandi, an impetranti, quod narrata per eum sint vera: an excipienti, quod sint falsa. quæ tangit Cy. super l. proxi. in vlti. vel antepe. q. & obscure loquitur Io. and. in addi. Spec. de clande. despon. super rubri. vbi allegat hanc legem, dicens quod quando princeps aliquid concedit per seipsum ad supplicationem alterius, & alius opponit quod concessio non valet: quia narrata per illum sunt falsa, ipse habet necesse probare falsitatem: quia presumatur pro impetrante & pro rescripto: quia illa sunt veraciter probatur contrarium, si rescriptum habet debitam formam. & ita intelligit hanc legem: sed si mandati alteri quod faciat, vt quod tunc videmus fieri per summos pontifices, qui committunt alijs, tanquam ipsi non sint plenè informati de veritate, quod si vera sunt quæ narratur, faciunt id quod a petente postulatur, & tunc impetrans habet necesse probare veritatem narrationum, & ita loquitur l. ij. de his qui ve. eta. impe. nam illa probatio de qua ibi fit coram iudice coram quo insinuat rescriptum ventæ, ad quem pertinet ipsum executioni mandare: vt l. ea quæ. de tempo. in integr. Sed idè Io. and. plenius resumens hunc articulum. in c. j. de lit. cõtest. lib. vj. narrat diuersas opi. & finaliter videtur tenere quod veritatem expressorum necesse habeat probare impetrans. & nisi probet successum si princeps per seipsum concessit: sed veritatem suppressorum necesse habeat probare oppositiones, qui dicit impetrantem aliqua tacuisse, quæ sunt in facto quæ si fuissent expressæ, rescriptum non obtinuerit. hanc opi. videtur tenere Inno. quod impetrans habeat necesse probare veritatem narrationum indistinctè: cum super eis fundatur intentio principis sicut in libello conuentionis, in quo fundatur sua intentio, habet necesse illud probare. l. ij. ff. de proba. ita tenet ipse in c. ex parte abbatissæ. de priuilegiis. & Spe. in tit. de excep. s. nunc videndum. ver. licet autem. Breuiter in rescripto ad lites tenenda est distinctio Cy. in l. præcedenti. quod autem sunt talia quæ concernunt negotium principale. & ille habet necesse probare, cui de natura negotij incumbit onus probandi, vel

actor vel reus: sed si concernunt rescriptum & intentionem principis concedentis, multum placet mihi distinctio prima quam facit Io. and. in ti. de clande. despon. in addi. Spec. & Bar. in l. præcedenti videtur sentire quod incumbat opponenti probare falsitatem, sicut in alijs exceptionibus. vt in l. exceptionibus. ff. de prob. quia excipiendo quis efficitur actor. ³ Vltimò contra prædicta opponitur: quia videtur quod semper stet narratis in literis imperatoris, vel papæ: vt in cle. j. de appel. Sol. quæ dicta sunt supra loci habent in his quæ primò fuerunt narrata per supplicationem & princeps postea ea referret, tãquã narrata. per partem. vt videmus in literis papalibus. cum autem tua petitio: postea subiugebat & c. & si non fuit facta per partem: sed per ipsum principalem, tunc distinguatur. aut narrabat aliquid quod consistebat in facto suo: puta contulit alicui beneficium spectans ad collationem Episcopi, quod beneficium Episcopus contulerat alteri. & narrat Papa se illud beneficium reseruasse ad suam collationem, quod si est Episcopus, non poterit conferre, certè statur tali narrationi: nec potest Episcopus vel ille cui contulit contrarium probare: aut non consistebat in facto papæ. sed alterius, & tunc statur narrationi: tamè potest probari contrarium: vt ibi not. in glo. & in c. si Papa. de priuilegiis. lib. vj. Non sunt alia.

¹ Literæ conquestus quæ veniunt de curia romana, licet incipiant ab executione, si tamen pars contradicat: poterit executor cognoscere de veritate.

² Quis possit executionem delegare?

³ Executor quando non possit audire exceptiones.

LEX IIII.

Si non cognitio. ¹ Ille cui committitur executio super negotio nondum discusso, nec determinato per sententiam, si coram eo opponatur quod executio fieri non deberet, quia principi fuit narratum aliquod falsum, potest de his exceptionibus cognoscere. & secundum veritatem pronuntiare: licet cognitio non fuerit expressè mandata: quia censetur mandata tacitè h. d. & pone exemplum quod narraui principi quæ liter iniuste tenes & occupas rem meam: quare petij mihi dari iudicem, qui te compellat ad restitutionem eius. vel narraui quod me expoliasti. & idem obtinui: debes scire quod practica est ista quod debeo præsentare literas illi commissario, & ille debet te citare missa tibi copia literarum, & mandare quod mihi restituas postquam fuit delegatus super restitutione, & sic super executione. unde debet incipere à via executiua, sicut sibi mandatum est: tamen debet iustificare præceptum quod si senseris te grauatum, compareas coram eo recepturus iustitiæ complementum: iuxta not. in l. de pupillo. s. meminisse. ff. de ope. noui nunci. si compares, & dicis te non teneri obedire præcepto: quia res non est tua, vel tua: vel me non spoliasti, idè petis per me debere dari libellum super rei vendicatione, vel interdicto, offerens te paratum respondere. & ordinariè litigare coram dicto delegato. Sed ego dico quod nolo dare libellum, nec ordinariè procedere. quia hoc non est sibi commissum sed quod procedat via executiua, certè postquam contradicis, talis deputatus super executione poterit ordinariè procedere. & non debet ad vltiora super illo mandato procedere, sed mandare quod dem tibi libellum: quia illud præceptum resoluitur in vim simplicis citationis: vt not. in dicto s. meminisse. & sic ingrediemur iudicium ordinarium: vt in simili. j. de edi. diui. Adria. tol. l. fin. vers. si autem contradicitor & c. in quo necesse habeo probare narrata per me. ² Quia ille est casus. & istud videmus quotidie fieri in istis literis conquestus quæ veniunt de curia romana. nam incipiunt ab executione: dicunt enim. Conquestus est nobis talis, quod talis iniuriatur eidem occupando rem suam, quapropter mandamus tibi vt vocatis qui fuerint vocandi, si ita tibi constiterit, restitui facias eidem. videtur ergo mandata cognitio veritatis sufficere. In gloss. quæ incipit. [cum hoc.] ibi, [sed respondeo princeps mandat, vt hic: non alius.] dic istam tenet Bartol. sequens autem solutio est contra hunc text. Item vltimè est falsa: quia etiam missio ex primo decreto non potest demandari: licet cognitio an sit fienda vel non bene demandetur: vt l. cognitio. s. vt poss. de offi. eius cui mand. est iuris. & not. in d. l. iubere. ³ Sed contra istam sol. quam Bar. tenet opp. quia etiã alius inferior à principe, mandat executionem. vt videmus in arbitris profectis

Pauli de Castro Prima super Codice.

- a** Exceptiones. Adde Anz. de bur. & Abb. in c. de cetero. de re iud. & per Lap. alle. **b** Alii. Adde Paul. de ca. consil. c. xv. in ci. præsupposito sine dubio. & per Car. mab. c. lxxv. in cip. d. Nicolaus. & Abb. consil. xli. in ci. saluatoris. in vlti. co. in j. volu.

bus sententiam, vel in iudice delegato, vel in episcopo inter laicos, vel in doctore seu rectore scholarium dantibus sententiam inter scholares. nam committunt executionem potestati: ut in l. episcopales. in fi. & ibi nō. s. de epis. audi. & in iudice vnius territorij qui committit iudici alterius territorij: ut nō. in l. properādū. §. sin autē reus. j. de iudi. & in l. cū vnus. §. is qui. ff. de bo. autho. iu. pos. Sol. contraria loquunt qñ talis commissio sit propter defectum iurisdictionis illius qui sententiam tulit: quia vel functus est iurisdictione: & sic nō potest exequi: vel est talis qui nō habet familiā, nec imperium, cum executio requirat vtrūq: vel quando sit in auxilium iurisdictionis: ut quia iudex qui tulit sententiam nō potest in suo territorio executioni mandare: quia ibi non reperitur bona condemnati. si autem ille qui tulit sententiam, vel ad quē pertinet executio posset eam facere de per se: tunc nō potest eā alteri delegare: cum sit de imperio. nam tunc procederet ille ut delegatus, sed in primis casibus nō pcedit ut delegatus: sed suo iure ut ordinarius. licet ad requisitionē & iussu illius qui sententiam tulit, ut in simili habetur in text. & glo. in l. nec mandante. ff. de tuto. & cura. da. ab his. ¶ Vltimō oppo. in glo. si. quōd executor nō possit audire exceptiones. ¶ vt j. de execut. rei iudi. l. si (ut proponis) glo. soluit. sed non bene: licet fortē bonum intellectum habuit. dum dicit vel ibi de nuntio hic de iudice. Idcirco ergo clarius q si fuit commissio executio super negotio nondum discussio nec terminato per sententiam, quo casu nō est intentio principis facere contra quem committit, nisi narrata sint vera. ideo si narrata sunt vera, vult q talis commissarius de hoc cognoscat, & pronuntiet diffinitivē: ibi verō quando fuit commissio fa executio super negotio discussio & terminato per sententiam, quā executio potest fieri per illum iudicem qui sententiam tulit: quo casu aut committit mero executori ut nuntio: & nullam exceptionem debet admittere, sed facere executionē ut sibi iussu est: ut in l. contraria. aut promittit alteri iudici, quo casu commissio dicitur executor mixtus. & procedit ut ordinarius, non ut delegatus. ut s. dixi. & tunc quid iuris sit plenē tangitur per glo. in l. pastoralis. de offi. dele. sed plenius & vtilius per Bar. in l. a diuo pio. in prin. ff. de re iud. vbi omnino vide prædicta, qñ executio venit in præiudiciū alterius: sed si posset fieri sine præiudicio: tunc etiā qñ committitur super negotio nondum discussio, est in electione ipsius commissarii, procedere per viam executiuam, nulla facta citatione, vel per viam iudiciariā citatis his qui posunt lādē: ut si papa mandat mihi conferri beneficium vacans, pertinet ad collationē ordinarij. nam potest executor ipsum cōferre ordinario non citato: quia ista collatio nō tendit in præiudiciū ordinarij: quia postea disputabitur an fuerit bene facta, vel non: prout in simili not. in bonorum pos. petita & decreta. ff. de bono. pos. l. iij. §. bonorum. & §. si causa cognita. & pōt eligere viam iuris, & facere citari ordinariū, & tunc declaratio quam postea faciet, ei præiudicabit, & hæc habentur plenē per Inno. in c. dudum. de præsum. & per glo. in cle. j. de offic. delega.

- a** Accusans aliquem puta Titium tanquam bannitum in persona seu capite, cum non esset ille Titius. & accusator hoc sciebat, debet puniri similitudine supplicij.

LEX V.

I si legibus. ¶ Rescriptum impetratum per mendacium, etiam si non sit iuri contrarium non valet, & mendax punitur, si in eo reperitur improbitas. l. dolus. h. d. Intelligit per mendacium in exprimendo falsum, vel in tacendo verum, quod potuit mouere principem ad concedendum: secus si sit tale q veri similiter non potuit mouere, ut in expresseione confinium falsorum, ut si narretur aliquid fuisse gestum in tali castro comitatus Bon. vel dicece. & nulla subest ratio q propter hoc magis cōcesserit, quā si esset de alio comitatu vel dicecesi. aliās secus. ut not. Bar. in l. præscriptione. s. eo. & intelligunt cōmuniter hanc l. in priuilegijs, ut not. Archi. xxv. q. ij. c. dicenti. §. & si legibus. vbi lex ista est canonizata, sed hoc non videtur conuenire literæ: quia priuilegia sunt contra ius cōmune: ut nō. in c. j. de rescript. & hic dicitur q rescriptum erat consentaneum legibus. ergo nō concedebat priuilegium. dic ergo melius quod loquitur in referi

pto gratioso, siue contineat priuilegium quod est contra ius cōmune, siue beneficium quod est secundum ius commune, vel non contrā, ut concessio alicuius castri in feudum, vel beneficij ecclesiastici, talis tanquam gratia fundatur in expresseione narratorum, si sunt talia quæ potuerunt inducere principem ad concedendum: ideo ruit si illa non reperitur vera. Sed rescriptum de iustitia per quod conceditur iudex delegatus, ut faciat iustitiam inter partes, quod dicitur emanare ad iuris communis obseruantiam. secundum quod dicunt glo. iuris canonici. & probatur in l. ij. tit. j. ibi cum ea quæ ad ius rescribuntur & c. fundatur principaliter in lite, quæ est vel esse speratur inter partes. nō in expresseione narratorum concernentium negotium principale. ideo licet illa sint falsa. rescriptum non est nullum, nec annullandū: quia sufficit q sit lex de presenti, vel de futuro. quod dicitur ut plenē dixi in l. præscriptione. s. eod. ¶ Ex secundo dicto dicit Bald. se vidisse decapitari quendam, qui ex nimia improbitate & dolo impetravit à iudice: ut caperetur quidam Titius, tanquam bannitus in persona seu capite: prout continetur in libris communis: cum tamen nō esset ille Titius: nec illud idem corpus, & ipse impetrans bene hoc sciebat: sed captus cum magno labore hoc ostendit, & sic impetrans fuit reus in tanta improbitate: quia fortē inimicitias habebat cū illo, certē quod impetrauerat aduersus illū falsū, necesse habuit iustinare in ppria persona cū accusator calūniolus punctat similitudine supplicij: ut j. de ac. cu. l. si. debet ergo hoc intelligi qñ mendaciū tendebat in læsionē alienam, vel contra publicam vtilitatem non sunt alia.

- a** Princeps an possit tollere ius disponens? Non potest imperator facere legem generalem, quod spurij possunt succedere sicut legiti. Rescriptum quando est contra aliquam legem derogantem legi præcedenti, an valeat sine clausula derogatoria? Qualiter debeat concipi clausula non obstant? Lex noua tollit & corrigit præcedentem cui contrariatur, licet in ipsa noua non continetur clausula non obstant exceptis duobus casibus. Quid in rescriptis?

LEX VI.

Mnes cuiuscunque Lex ista in effectu dicit idem quod l. nec damno. & l. rescripta. s. de preci. impe. offe. & debet restringi & limitari secundum illam legem rescripta. Item ista lex habet locum quando rescriptum quod est contra ius commune, non continet clausulam non obstante. Si autem continet tunc per eam apparet quod princeps voluit illud ius quod contrariatur rescripto tollere, sed an possit, est dubium, & ad hoc tendit glo. magna hic posita, quæ considerat in effectu quatuor iura, scilicet diuinum, naturale, gentium, & ciuile. Prima tria non potest tollere: quia inuenta sunt à maiori potestate. Quartum ius bene potest tollere. hæc est si intentio glo. & sic illa clausula nihil operaretur circa illa tria prima iura, sed operatur circa quartum. similis glossa habetur in l. j. ff. de constit. prin. quæ glo. implicat multa quæ sunt inter se diuersa: ideo nō explicant bene materiam. ¶ vnde alius exordiendo, debes scire quod duo sunt puncta vel articuli, primus: an princeps possit tollere ius quæsitum alicui priuato, & sic ius dispositum. alius articulus, an possit tollere ius disponens, id est, ipsam legem sic disponentem, vel aliud ius. circa primum dico sic: quod si priuatus habet aliquod ius quæsitum sibi ex iuo contractu vel quæsi si siue illud sit ius de iure gentium: ut est dominium, siue de iure ciuili, ut actio per rescriptum, non potest illud auferre sibi: nisi ex causa publicæ vtilitatis contrarium suadentis: & tunc debet illum reinstaurare de pretio: vel alio præmio ut in l. item si verberatum. §. j. ff. de rei vendic. & hoc esse verum probatur. Nam & sic ex contractu celebrato per principem priuatus acquisiuit set dominium, vel actionem, non posset princeps sibi tollere: ut dixi in l. digna vox. s. de legi. & probatur in c. j. de probat. multo minus si ex contractu celebrato cum alio: legem verō condēdo vel iurisdictionem exercendo bene posset princeps auferre ex alijs causis: ut patet in tit. de bo. dam. & j. de iure dominij imper. tran. l. fin. & non solum princeps: sed etiam iudex ex l. principis hoc facere potest, ut dicitur iuribus. Si verō quæsitum est sibi, nō ex suo contractu vel quæsi: sed ex alio de prædictis iuribus: tunc si de iure diuino naturali vel gentium est quæsitum, similiter per rescriptum non potest sibi auferre quod ipse non dedit: ut iura

L. Omnes cuiuscunque. Si cōtra ius vel vti. pub. & c. 41

ius sanguinis, vel libertatis: vt in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. de ius agnationis. ff. de pac. sed si de iure civili positum vt est ius potestatis: vt in l. iij. ff. de his q sunt sui vel alie. iur. vel ius agnationis, bñ posset sibi auferre: cū sit supra ius civile: sicut papa supra ius canonicū: vt in c. pposuit. de cōces. p. b. & patet in l. tu. de capi. dimi. vbi pōt tollere ius agnationis sicut etiam concedere in l. lex. xij. tab. j. de legi. hāre. & in casibus no. per glo. in l. iij. ff. de adop. in quibus pater cogit emancipare filiū ex dispositione principis, vel iuris cōmunis. Idem si illud ius quesi- tum esset ex priuilegio concessio sibi à principe. nā pōt reuocari quādo concessum est subdito: vt dixi in l. rescripta. in dubio autē nunquam princeps censetur velle derogare alterius, etiam si il- lud sit tale quod possit p ipsum auferri: vt in l. iij. §. si quis à prin- cipe. & §. merito. ff. ne quid in loco publi. & de offic. dele. c. super eo. de verbo. signi. c. dilecto. & de vsu pal. c. ex tuarum. An au- tem aliqua communitas possit per suum statutum auferre ius alicuius: vide Bart. in l. quoties. ff. de pollici. & l. Antiochensum. de priu. credi. qui distinguit inter statutum specialiter factum contra certam personam. & dicit ipsum non valere: aut generali- ter, & tunc secus per dicta iura. & dictum Barto. in l. quoties. s. de preci. impe. offe. Odo. multum insinuat super isto articulo, & multa iura allegat pro & contra. & non facit ad p̄dictā decisio- nem. quid aut in alio inferiore à principe, vt in comite, vel alio magistratu, & in legato de latere, vel p̄side alicuius prouinciæ. dicit quod quantūcūq sit magnus, non potest auferre ius alteri- us: vt i. de offi. prae. ori. l. iij. & not. glo. in c. statutum. de heredi. lib. vj. dicens: quod tales non possunt apponere in rescriptis eo- rum clausula non obstante aliquo iure & c. quia non possunt iu- ra tollere. Ex quibus etiam sequitur q comes Palatinus q habet potestatem legitimandi, etiam post mortem patris non possit spu- rium legitimare post aditam hereditatem, propter venientem, ab intestato: quoniam auferret dominium adeunti quod acquisi- uit per aditionem in qua quasi cōtrahitur: vt in l. hoc aut. in fi. qui- bus ex cau. in p̄. ea. Sed ante aditionem hereditatis: q non est quæstio dominium, licet sit quæstio ius adedū: q illud est de iu- re ci. possit bene posset legitimare: & illi auferre. ita videntur sentire Bald. in l. rescripta. s. de preci. imper. offe. ante fi. & hoc de primo articulo. ¶ De secundo, videlicet an possit tollere ius dis- ponens, clarum est q ius diuini naturale vel gentiū nō pōt tol- lere, etiam legē condēdo: licet possit distinguere vt in illo iure, b q in ore duorum vel trium stat omne verbum. quod licet sit de iure diuino & naturali: tñ limitatur per ius civile præter quā in testamentis. & in quibusdā casibus in quibus requiritur maior numerus. Ex quibus patet q nō posset Imperator facere legem generale: q ipse possit succedere sicut legitimi: quia tolleret ius diuini quo cauetur q non erit hæres filius ancillæ cum si libere: & induceret homines ad peccandum: quia disponit in futurum, licet specialiter posset aliquem spurium legitimare: qā disponit de præterito. & non dat materiam peccandi ita determi- nat Hosti. in sum. qui filij sint legiti. in pen. colū. & tangitur per Barto. in l. iij. ff. testa. Ius autē civile tollere potest etiam per re- scriptum. & hoc si apparet de eius volūate nec videtur appare- re l. rescriptum impetratum contra ius non continet clausulam derogatam, ideo nō debet recipi: vt in hac lege. nisi appareat ex eo q sit concessum motu proprio, vel ex certa sciētia: vt dixi in l. rescripta. Est etiam alius casus. i. quādo rescriptum esset con- tra aliquam legem derogantem l. præcedenti. nam tūc quia per rescriptum redditur ad legem derogatam, videtur quod valet etiā sine clausula. ita sentit gl. in aut. quas actiones. s. de sacrosan. eccle. in iij. q. i. illa gl. cōter non tene. si aut apparet ex tenore rescripti q fuerit concessum ex motu proprio vel ex certa scien- tia, & in est contra ius. aut nō cōtinet clausula nō obstante, aut cōtinet. Primo casu dicit vt dixi in l. rescripta. s. de p̄ci. impe. offe. nam aliquādo nō valent, etiā si neminē lædāt. vt qñ per l. specia- liter prohibet impetrari: quia p̄sumit falsum, vel per fraudē elici- tum: vt in l. j. si nup. ex rescri. p̄. & in l. iij. §. de sum. tri. specialiter vt dixi quia generaliter omnis lex videtur habere clausulā dero- gatoriam, nec rescriptum impetretur cōtra eā: vt in l. nec damno- sa. in fi. tamen illa gñalis derogatoria, nō tantum operatur quan- tum specialis in certo casu: vt patet in d. l. rescripta. quando va- let quando neminem lædit, vel parum lædit. nisi in casu lautho- ritatē. j. vnde vi. & iam propter præteritam improbitatem suppli-

cantis: quia aliū spoliast, nō valet rescriptū super retentione spoliationis: vt ibi not. per Bar. Item valet qñ indulget poenā criminis vt d. l. rescripta. in fi. Si verò ifert alteri gra- ue præiudiciū, nō valet etiā si specialiter nō prohibeat impetrari: vbi cūq autē dixi ibi si cōtinetur clausula nō obstante, valet: qñ apparet de intentione principis q vult legi derogare: & potest: cū sit supra l. ¶ Sed vertitur magnū dubiū: qualiter debeat con- cipi illa clausula non obstante: an debeat fa- cere speciale & expressam mentionē de illa lege, cui cōtrariat rescriptum: an verò suffi- ciat q generaliter nō obstāte quacūq lege. Glo. sentiunt primā partē in l. causas vel li- tes. j. de transac. & in aut. hoc inter liberos. j. de testa. Cyn. examinat hic istum passum principaliter. & Ioan. An. recitando septem opi. examinatas in c. j. de excels. p̄la. lib. vj. Bar. hic dicit nō suffi- cere q dicat nō obstāte quacūq lege: quia ista est generalis non obstante: & tamen requiritur specialis, propter derogatoriā quā quælibet l. habet: vt s. dixi per l. nec damno. in fin. & l. si quis in principio testamenti. de leg. iij. vbi quando præcedens testamētū habet clausulā derogatoriā, non tollitur per secundū: nisi specia- liter de eo fiat mentio, nec requiritur secundū Bar. q fiat lingu- laris mentio de lege quæ cōtrariatur: puta nō obstante tali lege posita in tali titu. quia ista esset singularis mentio quæ non requi- ritur sed sufficit q dicatur non obstante quacūq lege cōtrariū disponente. nam per hæc verba contrarium disponēte: redditur illa clausula specialis: quæ si non esset, esset generalis. Ego autem approbo hoc, nam etiam si dicatur non obstante quacūq lege: tacitē subintelligitur scilicet contrarium disponente: non enim intendit tollere l. non contrariantes: sed solum contradicentes: vnde non plus operatur expressio, postquam si facta non esset, subintelligitur. dico ergo in isto passu, q aliquando illa l. nomi- netur: vt quando in aliquo casu specialiter prohibet rescriptum im- petrari: vt in casu d. l. iij. §. de summa trini. & in l. j. si nup. ex rescri. p̄. vnde debet dicere non obstante. d. l. iij. & d. l. j. quia illæ habēt clausulam derogatoriā specialem, & tunc facit ratio d. l. si quis in principio. Generalis autem derogatoria quam habet quæli- bet, non facit vt reperiat clausula specialis non obstante, quia esset quasi impossibilis: cū multæ l. sint quæ dicunt vnū & idem, si expedit de omnibus facere mentionem, Est & alius casus, quando rescriptum Papæ esset contra aliquod concilium generale: vt Lateranense factum tali anno: vel Constantiæ: nam oporteret de tali concilio facere specialem & expressam mentio- nem: hoc tenet Ioan. Andr. in dicto capitu. j. quod est singulare: & Bald. in l. humanum. supra de legibus allegans Archidia. in loco vbi hoc non dixit, vt ibi dixi, & ista summi pontifices ha- bent de more in eorum literis: ideo etiam in eorum decretis: quando contradicerent alicui concilio, dicunt non obstante cō- cilio Lateranensi & c. Sunt etiam alij casus quos ibi ponit Ioan. Andr. extra illos puto sufficere clausulam generalem non obsta- te quacūque l. etiam si non dicat contrarium disponente: per rationem quam dixi: quia subintelligitur: nec obstat l. si quis in princip. nam alia ratio est in testatore, quia apponendo clausulā derogatoriā in primo testamen. se artauit. nam & idem esset in principe si in lege specialiter apponeret dictam derogatoriā: vt supra dixi: sed in omnibus apposita est: licet tacita subintelli- gatur: & hoc non facit vt requiratur specialis non obstante per l. fina. in princip. de lega. iij. ita quod si bene consideretur, idem vi- detur in vno quod in altero. ¶ Sed contra prædicta omnia op- ponitur: quod non requiratur clausula non obstante, licet con- trariaret legi: vt in c. j. de consti. li. vj. So. quæ superius dicta sunt procedunt in rescriptis impetratis contra tenorem l. præcedētis. sed si fiat aliqua l. noua, quæ contrariaret legi præcedenti, tollit & corrigit eam: etiam si in ipsa noua non contineatur non obsta- te tali l. vt in contrario. Fallit in duobus casibus. i. quando in l. præcedenti esset clausula derogatoria l. sequentis disponens nō valere lege sequen. sibi contrarium, nisi specialiter de illa face- ret mentionem: vel nisi sit seruata talis solennitas, prout dispu- tando tenuit Cynus in statuto quando præcedens habet clau-

^a Legitimandi. Adde Bald. in l. rescripta. de preci. imper. offe. In- nocent. in c. cum p. ta- bellio. de fid. instru. doct. in c. per venera- bilem. qui filij sint le- gi. Pau. de Cast. con- sil. cccxxv.

^b Vel trium. Adde c. ab isto die. xxxv. q. vj. c. licet. de testi. & in c. relatum. el. j. & c. cum esset. de te- sta. c. nouit. de iudic. originaliter Deutero no. xix.

^c Tali lege. Adde Bald. c. cccxxvij. inci. præmittendum est quod natura. in h. col. iij. vol.

Pauli de Castro Prima super Codice.

a Secus in exco-
municatione. Adde glo.
& Docto. in c. dile-
ctus. el. j. de praecri-
& diffus. per Fel. in
c. si de excep.

b Duret perpetuo.
A: compromissum
finiatur morte alie-
rius compromitten-
tium vide tex. & ibi
Abb. in ca. ex parte.
de arbi. in v. no. l. die
proferre. in s. j. & l.
sed interpellatus. ff.
de arbi.

c Sunt perpetua. Ad-
de c. j. & h. xxv. q. ij.
Car. in c. per tuas. in
h. q. de ma. & obe.

fula derogatoriā seq. vt dixi in l. humanum.
s. de legib. quod declara vt ibi dixi. Item in
secundo casu quādo lex precedēs cui noua
contrariatur esset facta in priuilegium ali-
cuius personae: pone casum in l. ij. ff. de iud.
in s. legatis. nam in priuilegiū legationis &
legatorum disponit l. illa q. legatus in loco
delegationis non possit conueniri durante
legatione, ratione originis quā habet, vel ra-
tione cōtractus ante legationē ibi celebra-
tione talis lex & tale priuilegiū non tolli-
tur per aliās l. disponentes quod in loco cō-
tractus possit quis conueniri, etiam si dicat
non obstante quocunque priuilegio: quia
debet intelligi de priuilegio non clauso in
iuris corpore, non de praedicto quod est
clausum. tex. est in l. haeres absens. in prin. ff. de iud. & in aut. qua
in prouincia. j. vbi de cri. agi opor. ibi dum dicit quocunque priui-
legio nō obstat oportet ergo q. in tali lege derogate dicatur nō
obstante: quocūq. priuilegio etiam clauso in iuris corpore: aliās
istud non tolleretur. Sed cōtra. q. imō tollat per gñale: vt in Cle.
eos. in fi. de sepul. & de sen. excō. c. alma. in fi. lib. vj. Sol. verū est
q. gñalis clauula nō obstatibus quibuscūq. priuilegijs apposta
in aliqua l. noua sufficit ad tollendū priuilegia singulariū perso-
narū nō clausa in iuris corpore: quā tñ nō tolleret per l. nouā eis
cōtrariā, si talē clausulā nō haberet: vt suprà in secūda cōstitutio
ne. C. l. vnica. s. si quae verō pragmaticae: & ibi tetigi. Ex praedi-
ctis recollige q. aliquādo l. cōtrariā l. praecedēti. aliquādo cōtra-
riatur priuilegijs praecedētib. seu rescriptis, aliquādo rescriptū
seu priuilegiū cōtrariā legi praecedēti: & in his quid iuris sit su-
pra dixi. aliquādo verō vnū rescriptū vel priuilegiū cōtrariatur
alteri eidem, vel diuerso concessō, & tūc oportet q. de illo expref-
sam mentionē faciat. aliās ipsum nō tollit: vt in c. veniēs. de resc.
& no. xviij. dist. c. qm. quidē. & per gl. in c. j. extra de rescri. Dicit
etiā hic Cy. q. si cōtraximus adinuicē, & tu pmisisti cū iuramē-
to nō impetrare super hoc aliquod rescriptū: si impetras, nō va-
let nisi de tali pacto vel iuramēto facias mentionē: quia nō est
verisimile quod princeps cōcessisset, si de hoc esset facta mētio,
ne detur materia veniēdi cōtra propriū iuramentū: sed si faceret
mentionē, valeret. nec esset perius secundū quosdā: quod pōt
procedere in rescripto cōcessō per Papā, qui pōt dispēiare super
iuramēto: & ipsum remittere: secus in principe seculari, qui hoc
nō pōt: nō sit de foro suo: vnde bene valebit rescriptū: sed erit
perius: quia hoc non reddit eum inhabilem ad impetrandum,
sicut cum quis iurat nō facere testamentū, & postea facit: vt no.
Inn. in c. dilectus. de praeben. secus in excoicatione, quae reddit
aliquem inhabilem ad impetrandum: vt in c. j. de rescript. lib. vj.
Ex quibus omnibus patet intellectus ad vnam magnam distin-
ctionem quam ponit hic Cy. satis subtilius quā ipse loquatur.

De diuersis rescriptis, & pragmaticis San- ctionibus. Rubrica.

Hoc est nomen generale. Sequens autem est speciale de illis
quae conceduntur cum concilijs procerum: id est in sacro consi-
torio principis. quaedā enim conceduntur a solo principe, abiq.
eo q. deliberetur in consistorio, vltimum verbum sanctionibus,
importat id quod procedit ex metu principis secundū Cy. vel
dic de differentia istorum nominum: vt plenē not. xxv. q. ij. in c.
rescripta.

LEX I.

Ilibellum. Si supplicat principi p. duos
in cā cōi super delegatione iu-
dicis: licet sequat delegatio & rescriptū referēs se
ad personā vnus tñ: censet noīe vtriusq. concess-
um. h. d. notabiliter. dicit dubiū faciebat. l. j. s. vt li.
pē. vbi nō inspicit tps supplicatiōis porrectae, sed
tps cōcessiōis & signaturae. Itē videbat nō inspicit tps supplica-
tiōis, sed tenor rescripti, q. erat cōceptus in personā vnus. Itē fa-
ciebat dubiū id quod no. Inn. in c. sup. literis. extra eo. ti. de refer.
vbi dicit q. nō inspicit tenor petitionis, sed tenor cōcessiōis: pñt
am peti multa, & concedi pauca. Breuiter dic q. est spale in casu

huius l. ppter tria, s. q. rescriptū erat de iustitia: & nō de gratia: &
q. parū erat pjudiciale, s. delegatio iudicis: & q. cōcessum i casu
cōi. & quodcūq. istorū deficeret: secus esset in cōtrarijs: vnde in
gratiosis nō prodesset nisi ei in quē verba cōcessiōis dirigeren-
tur: quia maioris sunt praedicti. Et etiam quartū: quia supplica-
tio fuit cōiter porrecta: si autē per vnū solū, illi soli pdesset se-
cundū Cy. licet Pet. contra. sed forte verius loquitur Pe. sicut in
libello appellatorio porrecto in casu cōi per vnū ex socijs: quia
prodest alteri: vt j. si vnus ex plu. ap. l. vnica. facit l. si duobus. ff.
de tut. & rat. distr.

- 1** Rescriptum delegationis principis dicitur emanare à iuris communis obseruantia,
et dicitur de iustitia.
Si aduersarius impetravit aliud rescriptum, et primus negligenter infra annum presen-
tare suum, secundum rescriptum assumit postea vires.
- 2** Morte principis delegantis re integra: vel etiam delegati re integra, vel non, expirat
rescriptum: nisi esset concessum contemplatione dignitatis, et etiam si sublata actio-
ne expiret.
- 3** Compromissum factum in arbitros iuris durat perpetuo: quousque uiuant arbitri, si
causarum arbitris non fuit cepta: et quid si fuit cepta?
- 4** Rescripta de gratia, ut priuilegia, de sui natura sunt perpetua, per quando non sunt
perpetua?

LEX II.

1 Rescripto de iustitia sunt perpetua: nisi in
eis apponatur certum tēpus. h. d. j. Not. tex.
2 Ibi dum dicit. [cum ea quae ad ius rescribuntur.] secū-
dum Bal. pro eo quod cōiter dicunt gl. & Doc. q. rescri-
ptum delegationis principis dicitur emanare à iuris cōis obser-
uantia: & dicitur de iustitia: nam hoc sumitur ex isto text. quem
intellige qñ per aduersariū nō foret aliud rescriptū ipetratū ad
uerius iudicē: aliās licet illud nō valeret in effectū, si nō faceret
mētionē de primo. si tamē primus impetrās negligenter per an-
num praesentare suum, perderet vigorē: & secundū rescriptū as-
sumeret vires: quia non erat ipso iure nullum: & iste est casus in
c. plerunque. & in c. si autem. extra eodem titu. Item intellige
rebus in eodē statu durantibus. nam si princeps delegās morere
tur re integra, vel etiā delegatus re integra: vel nō integra, expira-
ret rescriptū: nisi ei esset cōcessum contemplatione dignitatis: vt in
c. qm. abbas. de offi. delega. Item intellige durante actione: sed ea
sublata per rescriptū: expirat rescriptū: quia nō potest stare acces-
sorium line principali secundū Doct. Pe. verō dicit contrarium
q. duret viuēte delegato: licet actio sit extincta: nam adhuc corā
eo pōt agi de facto: & habebit iurisdictionē in absoluendo reum
& istud facit secundū Bald. q. cōpromissum factum in arbitros
iuris duret perpetuo: quousq. uiuant arbitri, si causa coram eis
non fuit cepta. Sed si cepta fuisset: tunc per lapsum temporis
instantiae, sicut perimitur instantia, ita & cōpromissum: nec pos-
set iteratō coram eodem litigari, nisi de nouo cōpromitteretur,
vel nisi de communi cōsensu: quia eo ipso non videtur: de nouo
recompromittere: ad quod vide quod nota. in l. item si vnus. s. si
multo post. ff. de arbi. Rescripta verō de gratia, vt priuilegia:
similiter de iuri natura sunt perpetua: siue concedantur à princi-
pe, siue ab inferiore: vt in c. decet. de regu. iur. lib. vj. & ibi not. in
glo. nisi propter abuium perderentur vel ex eo q. incipiāt infer-
re magnum grauamen quod non inferebant à princi. vt in c. sug-
gestum. de deci. vel nisi priuilegiatus negligenter vti per xxx. an.
an. vt in c. praecedentibus. de priuileg. & aliquando, l. per x. vt in
l. j. ff. de iur. immu. vel nisi priuilegiatus renuntiet priuilegio ex-
pressē, vel tacitē, faciendo actum contrarium priuilegio, vt in c.
cum omnes. de constit. & de iure domini impetran. l. j. & ij. hoc
tamen quando habebat causam momentaneam. secus si succel-
suam & iterabilem: vt in l. voluntariae, & quod ibi nota. infra de
excu. tut.

- 1** Sumptum debet fieri de originali cum auctoritate iudicis, et parte citata: non autē
de alio sumpto, et qualiter fiat et m. 4.
- 2** Originale scriptum qualiter cognoscatur?

LEX III.

1 Ancimus. Originalia rescripta sunt illa quae
fidē faciūt in iudicijs, non autē sum-
ptum vel exemplum de eis. h. d. secundū vnam lectu-
tunc ista l. habet multas cōcordantias. nam multa iura
dicunt quod sumptum vel exemplum non facit fidem: vt in l. ij.
ff. de fide iustu. nisi sit sumptū cum auctoritate iudicis, & citata
parte